uictum diabolum. Et ista uoce audientes sci di
martyres. suspicientes oculos in caelum. diutissime
orationem facientes in dno signum. tradiderunt
spm ante tribunal. & prae timore exsurrexit comes
domitianus de throno. & uenientes fratres sustu
lerunt corpora scorum martyrum. super aurum
& lapide pretiosum. & sepelierunt ea laudantes
dnm. martyrizatus est scs conon cum filio suo in iconio
hisauriae prouintiae sub domitiano comite. comme
moratio celebratur. uicesima die mensis madii.
Regnante dno nostro ihu xpo. cui est honor & glo
ria in saecula saeculorum. amen.

EXPL PAS SCI CONONIS MAR.

INCIPIT PASSIO SCI BONIFATII MART MEN IUN DIE II

XVI Temporibus diocletiani impi
issimi imperatoris orta est seditio maxima
aduersus xpianos. ut omnes di cultores adincli
nandas ceruices eorum nefandissimis idolis compel
lerentur. qui etiam tyranni miserunt ex persona
sua una cum diuis litteris suis iudicem atrocissi
mae mentis & astutum nimis simplicianum nomine
tharsum ciuitatem. quae est metropolis ciliciae pro
uintiae. ut ibidem omnes qui xpm confiterentur
utriusq; sexus aetatis per publicam audientiam
interrogaret. Ipsosq; per diuersorum genera
tormentorum inaceratione per suae uesaniam
mentis quanto tius inclinaret. In illis igitur tem
poribus erat quaedam in urbe roma mulier magna
nomine aglaes. filia acacii. quondam proconsulis.
haec ergo egerat apud urbem romam & praefectu
ram. habens sub se septuaginta & tres procurato
res. qui curam agebant in possessiones eius. &
unum maiorem qui erat super omnes nomine boni
fatius qui etiam & commiscebatur cum ea in pecca
tum. Erat autem hic ebriosus & adulter. & omni
num amicus quae odit dns est. Tria autem habebat
rectitudinis opera. hospitalitatem largitatem & mise
ricordiam. qui si aliquando uideret peregrinum
aut de itinere uenientem. cum omni festinatione &
alacritate adhortans in hospitium suum introire.
& ministrabat ei. noctibus autem circuibat plateas
& uicos ciuitatis. tribuens eis ea quae necessaria
erant. Post uero annos multos gratia di conpun
gente aglaen. conuocauit puerum suum bonifa
tium & dicit ei. frater bonifati. tu scis in quanta
peccata conuoluti sumus. non existimantes quando
adsistere habemus. & reddere rationem eorum
quibus gessimus malorum in hoc mundo. & nunc
audiui quosdam xpianos dicentes. quoniam si quis adminis
tratus fuerit scis qui propter nomen dni ihu xpi ago
nizantur. & certamen sumpserunt propter eum
consors eorum fiet in die illa terribili iudicii di.
& nunc ut praedixi didici a quibusdam eo quod ser
ui xpi agonizantur aduersus diabolum in partib;
orientis tradentes corpora sua carnificibus. ut
non abnegent xpm. Perge igitur in illas partes.
& affer nobis reliquias. id est corpora scorum marty
rum. si quomodo seruientes atq; administrantes
eis. nec non & oratorias domus aedificantes eis dig
nis per scas passiones eorum saluemur. tam nos
quam & alii multi. Accepit autem puer bonifatius
aurum satis multum ad conparationem corporum
scorum. & administrationem egenorum & duo
decim equites & tres basternas. sed & unguenta
diuersa ad honorem scorum martyrum. Cumque
coepisset puer bonifatius egredi. dicit dominae suae
gratulanter. Domina mea si inuenero ad conpa
randum reliquias id est corporum scorum marty
rum. affero mecum. si inuero meum corpus uene
rit in nomine martyris suscipis illud. Dixit au
tem domina sua ad eum. abicere a te ebrietatem
& subtililoquium & sic uade quasi securus quod
corpora scorum martyrum portare habebis.
Ego autem peccatrix hic & sic indigna sum. tamen
expecta laborem tuum. Dns autem & ds omnium re
rum qui propter nos homines & propter nostram

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_846/0197